



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

37 Patienter ferre, si consilia sua no[n] consequantur felices successus, &
se prouidentæ Dei subijcere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM XXXVII.

PATIENTER FERRE, SI CON-
silia sua non consequantur felices
successus, & subijcere se Proui-
dentia Dei.

Cicero ait: *epist.* 108. Optimum est pati, quod e-
mendare non possis: & Deum, quo auctore cū-
taeueniunt, sine murmure comitari. Recte: cūm
centuum felicitas in nostra potestate non sit;
sed solum ratio, consilium, prudentia, Deus est,
qui rerum exitum in potestate tenet: (*Thucyd.* 4.
117. qui disponit consulta, eaque dirigit, ac vol-
et quocunque lubet; idque bono semper fine,
fontis & principium sit omnis bonitatis.

Hinc *Thymoleon Corinthius* patriam suam a
tyranno *Dionysio* oppressam liberauit, *Syracu-
sa* & *Siciliam* in libertatem pristinam asseruit,
aeque tot annis desiderata donauit. Verum, ut
satis miseris tristitia, haud ita diu post istos
successus, longè maximas expertus fuit fortunæ
adversitates, quas tamen adeò forti constantique
animo, ut nunquam frontem mutasse dica-
ret, hoc tantum dictitans: Rerum humanarum
nil sine Diuino Numine agi. *A Emil. Probus, ut
Neph.* (Auctor rerum, flectit habenas rerum.)
sua consilia sine ope Numinis.) (*Prou. 1. Non
sapientia, &c. contra Dominum.*) *Gregoras* ait:
7. Cūm Diuina Prouidentia non commilitat
consilij actionibusq; hominum, malus ijs exitus
uenit: nam tunc neque vir consultus, consultus

Y y s est;

est; nec fortis, fortis: imò sapientissima consilia, insipienter desinunt; & generosa ac fortia facta, turpem & infamem exitum consequuntur. Sed cogitandum illud Ciceronis: (*Lib. 3. ad fam. app. vlt.*) Præter culpam, aut peccatum homini accedere nihil potest, quod sit horribile, aut permiscendum.

2. *Maximilianus II. Imp.* sicubi res aduersa animi eius sollicitaret, conceptu à se Symbolo proferebat: *Dominus providebit.* Ita acies mentis ad eum cõuertenda est, qui spẽ nostrã in aduersis nunquam sefellit, & qui in misericordia omnia disponit. (*L. Pecensin. in Symb. Imp. Dion. Hal. Sap. 1.*)

SIGNVM XXXVIII

PATRIAE PRIVILEGIA
non tollere.

Patriam
ornare.

1. **R**ex Anglia Regnum capiẽs, in solemnitate Coronationis Sacro iurat promittere, omnia iura, libertates, Privilegia publica & inuata, Iuri cõmuni non contraria, Ecclesijs, Principibus, Baronibus, Nobilibus, civibus, in totis partibus suis antecessores Reges iuste donata, ab Orbibusq; tempore Interregni statuta, obseruare, & iustitiamq; omnibus incolis iuxta iura publica administraturũ. Quod si Sacramentũ violata nullã ei incolã obedientiã prestare teneatur. Eadem est reliquorum Regum, Hispaniã, Gallia, Daniã, Poloniã, Imperatoris Germaniã, & Christianis Regnis, & Imperijs conditio.
2. *Duces Brabantia* in Belgio, more illustriū maiorum, etiam obstringunt se iuramento, obsequatur os se libertates & Privilegia patrie.
3. Cũ à *Ioanne Angliã Rege* Proteret...